

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 44: De potentibus (14)

Idem (Isidorus), in *Synonymis*:

Modica est huius saeculi gloria: caduca est et fragilis temporalis potentia. Dic, ubi sunt reges, ubi principes, ubi imperatores, ubi locupletes rerum, ubi potentes saeculi, ubi divites mundi? Quasi umbra transierunt, velut somnium evanuerunt.

Breuis est huius mundi felicitas, modica est huius saeculi gloria, caduca est et fragilis temporalis potentia. Dic, ubi sunt reges? ubi principes? ubi imperatores? ubi locupletes rerum? ubi potentes saeculi? ubi diuites mundi? Quasi umbra transierunt, uelut somnium euanuerunt, quaeruntur et non sunt.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.91 (CCSL 111b, J. Elfassi ed., p.138, ll.1001-1005).